

# REVERENDISSI

MO IN CHRISTO PATRI, PRINCIPI, AC  
DOMINO D. STANISLAO TVRZO EPI-  
SCOPO OLOMUTZENSI &c. DIGNISSI  
MO, BEATVS RHENANVS SELET/  
STADIENSIS, S. D.



VM in hoc uere aureo renascen-  
tiū literarum seculo, STANIS-  
LAE præsul eximie, quo nō mo-  
do tres illustres linguae passim  
discuntur, sed & quanto quæq;  
scripta sunt meliora, tanto plu-  
ris fiunt, ab omnibus operam  
dari uideam, ut optimis studijs  
quisque pro uirili sua consulat. Et alias quidem incognita  
adhuc Latinis auribus è Græco uertit, alias indocte uel  
perperam uersa castigat aut climat. Alius Latinos auto-  
res iniuria temporū deprauatos ueterum collatione ex-  
emplarium restituít, aut obscuros explicat. Ego sanè ne  
prosperus sim asymbolus, operæ premium putauī, si Tertul-  
liani lucubrationes in publicum emitterem autoris non  
minus uetusti quām insignis, quibus iam per tot secula  
studiosi sacrarū literarum caruerunt. Atque cum dispice-  
rem cui nam tam prædara monimenta consecrari debe-  
rent, in primis tu dignus mihi uisus es, cui scriptor anti-  
quissimus tanquam optimo patrono dicaretur. Nam ea  
es eruditione & optimarū disciplinarū peritia præditus,  
& iñ perspicacissimi ingenij dotibus polles, eaque uitæ  
sanctimonia cōmendaris, ut autor eruditissimus, acutissimus,  
seruensque Christianæ pietatis assertor, libenter in  
sinum tuum conuolet, nimirum ut ipsum aduersus mo-  
rosos quosdā qui perinde ueteribus ac nouis offendun-  
tur, tuo patrocinio defendas. Nec uero patitur epistola/  
a 2 ris angustia

TANALVS

